Hueber, Benedikt: Theologia scholastica

Salem, 1721–1722 Seite 303r



Loqutio denique Angelorum consistit in hoc, quod habeant conceptus ordinatos inter se et manifestos 190.
mediis actibus voluntatis, dirigere enim conceptum unius ad alterum non est aliud quam quod quis velit
aliud suum alteri innotescere, cujus loqutionis proprietates sunt primo, ut sit secreta, et
ideo licet plurimi essent praesentes, tamen nemo cognoscet conceptum et consequenter audiet, nisi ille
ad quem conceptus fuit directus, si ad plures direxerit, tunc omnes illi percipient, ad
quos direxerit, non autem caeteri, et sic distantia vel propinquitas nil facit ad rem,
eo quod conceptus et illorum ordinatio non pendeat a locorum distantiis. Secunda proprietas est,
quod alter cui unus loqui vult ad audiendum consequenter excitetur, eo quod conceptus per ordinationem
et directionem evadat repraesentativus conceptus in actu 2do, ut ea actu existentis,
quod prius non habebat, sed solum repraesentabat in actu 1o. Denique differt
loqutio hominis a loqutione angeli, in quantum differunt corpus et angelus, quia
quidem angeli est indita, quod homo nec habet nec habere potest, eo quod dependeat
a phantasmatibus et organis corporeis.

Illuminatio Angelorum est species loqutionis quae potest dari ab angelis superioribus 199.
respectu inferiorum maxime autem a Deo fit, adeoque ut illuminatio genuine
distinguatur a loqutione debet esse praeter a Deo, adeoque de objecto non
aliunde noto, nec cognoscibili naturaliter ab ullo Angelo, si enim
superior aut etiam supremus Angelus ad inferiorem dirigit suos conceptus
illi manifestando, proprie illuminare non dicitur illum, sed potius alloqui,
adeoque illuminatio est quaedam magisterialis loqutio per modum doctrinae prius
ignota tradita, adeoque originative est a Deo, licet proxime

© Universitätsbibliothek Heidelberg
https://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/salVIII65/0609
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
gefördert durch Baden-Württemberg